Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cum videres dixit scriptum e Non in solo pane vivit hō sed in omi vō
qd prod de ore dei Tunc assumsit eum diabolus in sanctam civitatem et sta
vit eum super pinnaculum templi et dixit ei Si filius dei es mitte te
deorsum Scriptum e enim quia angelis suis mandavit de te et in manibus
tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Ait illi Jhs
iterum scriptum e Non tentabis dnm deum tuum Iterum assumsit eum diabolus
in montem excelsum valde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum
et dixit illi Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me Tunc dicit
ei Jhs vade sathana Scriptum e enim Dnm deum tuum adorabis
et illi soli servies Tunc relinquit eum diabolus et ecce angeli accesse
runt et ministrabant ei Off Caput suum obumbrabit tibi dnus
et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te veritas eius Secreta Sacri
ficium quadragesimalis initii solemnitatis immolamus te dne deprecantes
ut cum epulatione castitatis carnalium a noxiis quoque voluptatibus temperemus
Communio Caput suum ob ti et si peccatum stat scuto circumdabit te veritas eius
Postcommunio Qui nos dne sacri libamine secreta restaurasti et a vetustate
purgatos in mysterii salutaris faciat transire gaudium Feria
secunda cinerum Concede nos deus salutis nostre ut ne recedamus
quadragesimale officium: meritis nostris celestibus instituti disciplinis
Secreta Munera dne oblata sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum
maculis emunda Postcommunio Salutaris tui dne munere sacriati
supplices exoramus: ut cum letamur gustu: renovemur effectu
Feria 4a cinerum Respice dne famulatum tuum: et precem ut apud te
meritis nostra tuo desideratio fulgeat: quam se conatus macerando castigat
Secreta Oblatis quesumus dne placatus muneribus et actuum nos defende
periculis Postcommunio Quesumus omnipotens deus ut illius salutaris capiamus effectum:
cuius mysteria pignus accepimus Feria 5ta cinerum Preces nostras quesumus dne clementer exaudi: et quicquid nos adversitatum deprecando
tue maiestati exhibemus Secreta Hostias tibi dne placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas: et munera
donando tu dignaris Entes nostras quesumus dne luce tue claritatis
illustra: ut videre possimus quid agendum est: et quid vitandum sit agere valeamus